



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Abbatis Iuliani Episcopi Bostrensis. Capvt XCIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

fuit se ipsum in pſiathio, & requieuit in pace. Sepeliimusque duos ſimul ſenem ſcilicet, & diſcipulum eius.

Si ſancti viri tantam curam ſemper habuerunt in mortuis ſepeliendis. patet, quod ſepelire mortuos pietatis opus eſt & Deo placet.

Vita Abbatis Iuliani Episcopi Boſtrenſis.

CAPVT XCIIII.

DEM Pater noſter Gregorius Archimandrita narrauit nobis de Abbate Iuliano Episcopo Boſtrenſe, quod cum receſſiſſet de cœnobio, & factus eſſet Boſtrenſis Episcopus, quidam ex habitatoribus ipſius ciuitatis odio nominis Chriſti, voluerunt eum veneno occidere, corrupentesque pecunijs miniſtrum eius, qui ipſi porrigebat poculum, dederunt illi venenum, vt cum porrigeret Metropolitanæ poculum, venenum in calicem mitteret. Puer autem ita vt dictum fuerat, fecit, deditque calicem veneno infectum ſancto Iuliano. Suſcepit verò illum ſanctus vir, ac diuinitus agnouit inſidias. Suſceptum ergò calicem ante ſe poſuit, nihil omnino dicens puero; mittensque accerſiuit omnes primates ciuitatis, inter quos erant & qui illi inſidias parauerant. Vir autem beatiffimus nolens eos publicare, qui hoc fecerant, voce mitiſſima omnibus dixit: Si arbitramini humilem Iulianum veneno occidere, ecce coram vobis peſtiferum calicem bibo. Signansque ter digito ſuo calicem, & dicens: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, bibo hunc calicem: bibit illum coram omnibus totum, atque illæſus perſtitit. Quod illi tùm vidiffent, proſtrati veniam petierunt.

Vide magnum miraculum ad ſignum ſanctiſſimæ Crucis peractum.

Vita